



Universitätsbibliothek Paderborn

Ōrigenus Tōn Eis Tas Theias Graphas Exēgētikōn Apanta Ta Ellēnisti Heuriskomena

Cui idem præfixit Origeniana, Tripartitum opus, quo Origenis narratur vita,
doctrina excutitur, scripta recensentur

Origenes

Rothomagi, 1668

VII. Ex his variae adversus eum criminationes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-25059

ORIGENIANORVM

142

Matth. 21. bret eum Rex, qui ueste nuptiali non induitus in nupciali convivio discumbebat; & servum A
13. nequam & pigrum, qui talentum fibi commisum in terram defoderat. Quo accedit Tract.
Matth. 15. 33. in Matth. tenebras exteriores ita exponens: *Vbi nulla illuminatio est, forsitan nec corporalis,*
30. *nec est respectio Dei illuc, sed quasi indigni speculatione Dei qui talia peccaverunt, condemnantur in his*
que exteriores tenebrae appellantur: forsitan donec intellexerunt, ut convertantur & digni efficiantur
exire ab eis. Alterum tamen paulopost: *Consideremus ergo, inquit, si patet vera esse expositio eius, ut*
exteriores tenebras illas intelligamus, ut quidam quasi indigni toto mundo in abyssum illam, quam ille
exposuit, forsitan efficiantur, in qua sunt tenebrae, nemine eas illuminante, cum sint extra totum mun-
dum.

Cujuscunque porro generis sint poena, vehementius iis cruciatum iri corpora putat, B
 quibus resurgentibus induemur, ut poterit subtiliora & spiritualia, quam quae hac in vita gesta-
 mus; quemadmodum nudum corpus mollius est ad verba, insque acrius afficitur, quam
 si ueste contegatur. Verba Origenis è Commentario in Psalm. 6. Pamphilus in Apologia
 recitat. Denique Hieronymus in Epistola 59 ad Avitum, cap. 1. scripsisse Origenem re-
 fert in fine libri primi *εἰς ἀρχήν*, animam quandoque pro dolore panarum & ignis ardore, magis
 eligere ut bruum animal sit, & in aquis habet, & fluctibus, ac corpus assumere huius vel illius pe- C
 coris.

VII. Multiplicem commemorata dogmata Origeni exprobationem peperere. Inter
 alia objectum ei narrat Pamphilus in Apologeticō, negasse illum scelestis inferenda sup-
 plicia: quod poenam sensus, ut vocant, videatur sustulisse, cum ignem aeternum interpre-
 tatus est perturbationes animi, & conscientiam stimulos. Eo spectant ista Hieronymi libr. 3. C
 in Epist. ad Ephes. 5. 6. *Quia igitur sunt plerique, qui dicunt non futura pro peccatis esse supplicia,*
nec extrinsecus adhibenda tormenta, sed ipsum peccatum, & conscientiam delicti esse pro pena, dum
vermis in corde non moritur, & in animo ignis accenditur, in similitudinem febris, que non torqueat ex-
trinsecus agrotantem, sed corpora ipsa corrumpens puniat, sine cruciatum extrinsecus adhibitione, quos pos-
fideret. Notat præterea Hieronymus in Epist. 59. ad Avit. cap. 1, & 3, & 4. Origenem dixisse
 animas pro criminum modo crassioribus hominum, vel jumentorum, vel etiam Demoni- D
 monum corporibus immitti, easdemque respicientes ad Angelorum naturam redire:
 quod iam observavimus. Addit. cap. 2. tormenta eum & ignem gehennæ in conscientia
 peccatorum libro 2. *εἰς ἀρχήν* posuisse; quod iterat Apol. 2. cap. 1. & in Commentariis in
 Epist. ad Ephef. cap. 5. & 6. Queritur quoque apud Augustinum Orosius in Commonio- D
 rio, jactare solitos Origenitas quosdam, *ignem aeternum quo peccatores puniantur, non est ignem*
veram, dicentes dictum esse ignem propria conscientie punishmentem; ac sic omnes peccatorum animas
 post purgationem conscientie in unitatem corporis Christi esse reddituras. Arguit item circuitus illos
 beatitudinis & damnationis sempiternos Augustinus Hær. 43, ad Quodvultdeum, & libr.
 21. De Civit. Dei, cap. 17. At Nicetas Choniates libr. 4. Thef. orth. fid. Hær. 31. dixisse
 ait Origenem, futurum ut anima tantisper in igne maneat, dum vitiorum cordibus expur-
 getur; at verment tamen sine fine permanetur, nec umquam gehennam extinxitum iri,
 nt hoc pacto simuletur in posterum, refriceretur memoria divine humanitatis in animis, qua aperenni-
 bus hisce supplicijs liberate fuerint.

VIII. Nihilominus tamen multorum confessione & patrocinio noster Origenes de- E
 fenditur, suaque imprimis dubitatione, cum libr. 1. *εἰς ἀρχήν*, initio capituli sexti, de re-
 rum consummatione, deque penitentia damnatorum, ac beatorum premiis aucturis sic praefat-
 tur: *Quae quidem à nobis cum magno metu, & cautela dicuntur, discutientibus magis & pertractanti-
 bus, quam pro certo ac definito fluentibus.* Et ita demum caput idem claudit: *Ceteris tamen*
quidler se habuita sit res scī solus Deus, & si qui ejus per Christum, & spiritum sanctorum amici sunt.
 Pari quoque modo initio capituli sequentis hæsitacionem suam declarat. Id ne ipse quidem
 infinitus est Hieronymus, cum Epist. 59. ad Avit. cap. 1. Origenem de eodem arguento
 multa commentarium scripsisse tandem ait: *Hac juxta nostram sententiam non sunt dogmata, sed*
quaesita tantum, atque proiecta, ne penitus intricatae videntur.

Cæterum in asserendo igne illo qui iustos in fine rerum itidem ut impios invasirus ab F
 Origene singitur, ipsi contentit Laetantius libr. 7. cap. 21. *Iustos*, inquit, *cum indicaverit,*
etiam ignis eos examinabit, tum quorum peccata vel pondere, vel numero prevaluerunt, prestringentur
igni atque comburentur: quos autem plena iustitia & maturitas virtutis inexorabit, ignem illum non sen-
tient. Hilarius quoque Can. 2. in Matth. Baptizatis in spiritu sancto reliquum esse dicit consum-
 mari igne judicij; atque ne hac quidem lege immunem fore putat B. Virginem. Idem habet
 in Commentarij ad Psalm. 118. 20. Ambrosius Sermon. in Psalm. 36. *Igne ergo purgabuntur filii*
Levi, igne Ezechiel, igne Daniel; & deinde: *Salvi erimus per fidem, sic tamen salvi quasi per ignem;*
est non exutemur, tamen uremur. Quæ sequuntur, ex Origene manifeste translata sunt: *Quo-*
modo tamen alij remaneant in igne, alij pertranscant, docet nos divina Scriptura: nempe in mare rubrum
demersus est populus Ægyptiorum; transvixit ante populus Ebiorum. Ignem vero ejusmodi pur-